

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De iuramento à Medicis præstito momendi infirmos. vt confiteantur. §. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

De Obligat. & Firmitate Iuramenti.

30

fideiubere, etiam absque necessitate. Quia Textus in c. 1. de fideiūforibus siquentiam fideiūfitionum dicit; non enim fideiūfitionibus inferuit, nisi qui passim fideiūbatur Dixi fideiūfitionem pro Layco interdictam esse clericis, nisi necessitas vrgeat. Nam stante necessitate qualis est, si Laycus valde indigit fideiūfitione, & non est alius Laycus, qui possit aut veit pro illo fideiūbatur, clerici fideiūbatur pollunt; ut docent Doctores statim referendi. Neque enim ab opere regenti's pictatis prohiberi debeant. Quid si clericus pro Layco abique hanc necessitate fideiūbatur, fideiūfitione tenet; & obligatus fideiūfitione principali non soluene. Hac tradunt Gloss. in supradicto cap. Sylvest. verbo fideiūfor. quest. 3. Gregorius Lopez leg. 45. tit. parita 1. Joannes Gutierrez de Iuramento 1.p. 72. per roum Sanch. lib. 4. sum. c. 8. num. 16. Obligatio autem soluendi solum esse potest de bonis patrimonialibus, vel ad summum de redditibus beneficii; vi notarii Syluest. verbo fideiūfor. q. 3. Gregorius Lopez q. d. leg. 45. tit. 6. parita 1. His potest.

Dicendum est; si clericus Iuramentum præstet nunquam fideiūbendi, inualidum est. Quia pro alio clericio fideiūbetur potest sicut potest Laicus. leg. omnes §. in hac Cod. de Episcopis. Item pro Ecclesia sua fideiūbente potest. Authent. de Janu. Episcopis, §. p̄a omnibus collat. 9. Ergo illud Iuramentum impeditum est maiori boni; ac proinde obligare non potest, nisi in illis casibus, in quibus hoc Iuramentum a Laico præstatum diximus obligare. Sic Sylvest. Gregorius Lopez Joannes Gutierrez. Sanch. locis allegatis. Verum si Iuramentum cum limitatione fiat, non fideiūbendi pro Laico, validum est, & firmum. Quia est Iuramentum de re sibi praecipta. Neque opus est casum necessitatis exciperre. Quia iam subintelligitur exceptus. Sic Ioan. Gutierrez. dicta 1.p. de Iuramento cap. 72. n. 5. Gregorius Lopez dicta leg. 45. tit. 6. parita 1. in principio Sanch. lib. 4. summa cap. 8. num. 19.

Ad hac reduti posuit Iuramentum, qua frequenter mercatores emituntur de non emendo auctiori pretio, vel non vendendo viliori. Quia certè obligatoria non sunt. Cum neque in Dei honore cedunt; neque in proximi utilitatem. Adsumnum cedunt in utilitatam propriam, cui ipse iurans facile cedere potest. Non igitur ea feruare obligatur. Sanch. lib. 3. sum. t. 9. n. 15. Bonacina tom. 2. disp. 4. de Iuramento q. 1. punct. 4. n. 2.

S. III.

De Iuramento non accusandi, nec denunciandi delinquentes.

S V M M A R I V M.

1. Expenditur textus in c. quemadmodum de iureur.
2. Apponitur distinzione de iuramento ante delictum commissum, vel post: Et sub ea distinzione questioni fit satia.
3. Si communis boni satisfacere potest denunciatione, obligari non accusare.
4. Iuramentum quo volenti committere aliquid delictum promittere pro illo solutum panam, non obligat.
5. Quid de Iuramento accusandi, vel denunciandi aliorum criminis.

1. Innocentius tertius in cap. quemadmodum, §. illud, de iuramento, declarat qualiter hoc Iuramentum obligari possit. Innuiri enim, si Iuramentum factum sit generaliter de non accusanda vxore super vilo crimen, obligatorum non esse. Quia est de re illicita. Et probat Pontifex. Nam si mulier fieret infidelis, aut nollet cohabitare viro abfice contumelia creatoris, obligatus esset vir propter bonum publicum eam acculcere. Non igitur obligare potest Iuramentum in toto illa latitudine sumptum. Et de hac parte nemini est dubium, Deinde subdit Pontifex. Si Iuramentum factum sit de non accusanda vxore de adulterio; tuius videri ve proper insurandi religionem viri accusatae delicta vxorem, ad diuortium celebrandum, quamquam denunciate eam posse, ad penitentiam peragendam: In quibus verbis incitat Pontifex non posse virum accusare vxorem ad effectum diuorti. Quia cum iuri celebri diuorti, ipse cedere posse; videtur obligatus superdicto Iuramento à trii accusatione abfricare.

2. Ceterum, ut textus hic clarus elucet, & questione faciamus satis. Suppono cum Panormitanus in supradicto Textu, num. 7. & 14. Iuramentum de non accusanda vxore de aliquo particulari delicto (& idem est de quolibet alio delinquente) fieri posse ante delictum commissum; vel post commissum delictum, & non emendatum; vel iam emendatum. Si post delictum commissum & emendatum iurasti non accusare vel denunciare, ipsorum delinquens Iuramentum acceptauit, obligatus es feruare Iuramentum. Quia in eo enunciata sola satisfactio iniuriae propriez, cuius per Iuramentum cedis, honestare

accusationem, vel denunciationem poterat. Excipe tamen, nisi precepito superioris vigetis de denunciatione facienda, seu accusationem. Nam Iuramentum præjudicare non potest huic iuri, vt in praefenti notaui. Bonacina tom. 2. disp. 4. quæst. 1. de Iuramento p. 4. num. 3. Si vero Iuramentum ut ante delictum commissum; vel post delictum commissum, sed non emendatum, sed potius persistens: (quæ mico iudicio idem sunt) obligaris solam ad non accusandum vxorem ad effectum diuorti; vel quemlibet alium delinquentem ad effectum, cui ipse cedere potes. At non obligaris ad non accusandam uxorem, vel quemlibet alium delinquentem ad publicam violacionem, si id commune bonum expostrum expediens Reipublica sit. Aliarum tribueretur delinquentibus occasio, libertus peccandi, scientibus non esse accusandos. Quapropter caue dixi. Pontifex, vir propter iurantem religione defensare acuseare vxorem ad diuortium celebrandum, si quasi tacite inuenis, ad vindictam publicare, & commune bonum accusare eam posse, si id viderit expedire. Sic Basilis Legionensis lib. 12. de sponsalibus, cap. 8. num. 29.

3. Adiutor tam nisi hinc communis bono, & vindicta publica satiſſerit sufficiens posset denunciatione, & Iuramentum præstabiliti de non accusando; nequam accusare poteris. Quia cum sit Iuramentum in favorem tenet, & tenet potest absque interiori salutis arerna, feruandus est. Sic docent Panormitanus & Gloss. ubi verbo crimine, & verbo defensare. Suarez lib. 2. de Iuramento, cap. 18. à num. 15. praep. n. 22. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 42. dub. 4. n. 19. Et adiutor Iuramentum de non accusando, vel denunciando criminaliter estet meo extortum, probabile esse non valere.

4. Ex his colligeris potes, nullum esse Iuramentum, quo volunti committere aliquod delictum, promittas loco illius solutum panam. Quia est promissio de re tups, & ad pecuniam incitante. Colligitur ex lege si reo §. ultimo, ff. de iustitionibus. Idem est, si cum exconomio, & negotiorum gestore in eas partum, vt non renatur de dolo, aut furto, quod in administratione commisceris, nullum est tale pactum, etiam Iuramentum firmatum. Quia præber occasionem peccandi. Secundus est, si, facto dolo, aut furto, remittas, ut expressè habetur, leg. §. vñus §. illud, & §. pactu ff. de pati, leg. pacia, quæ C. de pati, leg. 29. tit. 11. parita 5. Et notaui Basilis Legionensis lib. 12. de matrimonio, cap. 8. n. 28.

5. Ad hac per contrarium sensum reduci possunt Iuramenta ab aliquibus emissa accusandi, vel denunciandi aliorum criminis, que frequenter sunt animo vindicta; & proinde non obligant, ut potest de re illicita. Imò si hinc animus de graui vindicta esset; gravis esset peccatum; non solum contra chaitatrem proximi ob malum, quod illi vis; sed etiam contra religionem; eo quod nomen Dei afflumas ad se firmandum in positivo vindicta. Pueri autem iurantes accusati alios apud Magistros, & parentes, regulariter in hoc Iuramento loquuntur proximi ob malum, quod illi vis; sed etiam contra religionem; eo quod nomen Dei afflumas ad se firmandum in positivo vindicta. Pueri autem iurantes accusati alios apud Magistros, & parentes, regulariter in hoc Iuramento loquuntur proximi ob malum, quod illi vis; sed etiam contra religionem; eo quod nomen Dei afflumas ad se firmandum in positivo vindicta. Quia etio animo vindicta iurent, non est vindicta gravis. Idem est dicendum de Iuramento emissa parentibus, heris, domiis castigandi filios, seruos, & famulos, non esse obligatorum. Quia regulariter animo vindicta emittitur. Sed quia vindicta gravis esse non solet, non excedit culpam veniale. Quid si animo correctionis hoc Iuramento castigandi vel denunciandi emissa sint, & apparat castigatio vel denunciatio correctioni expedire; pro qualitate convenienter, ad hunc finem obincendum, obligabit Iuramentum. Ratio tamen, vel nonquā obligatio gravis est; imò sepe est nulla. Quia ex denunciatione vel castigatione sic promissa, & executioni mandata frequenter maiora incommoda faciunt, quam utilitates. Adeo si delinquens emendat sit, vel paratum correctioni se ostendit; Iuramentum punitionis, & denunciacionis cessat. Quia videtur factus sub hac tacita conditione, nisi delinquens se correcere. Hac tradunt Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 42. dub. 4. n. 22. circ. a med. Sanch. lib. 3. sum. c. 9. n. 16. & 17.

S. IV.

De Iuramento à medicis præstito monendi infirmos, vt confiteantur.

S V M M A R I V M.

1. Quid in hac re Pontifices statuerint.
2. Qua infirmitate esse debet, vt medici teneantur monendi firmos? Quid sentiat Nauarrus?
3. Quid tenendum?
4. Qualiter monito ante omnia fieri debeat?
5. Quomodo obligentur medici non visitare infirmum, nisi de confessione facta conset.
6. Quid de supradicto Iuramento sentendum sit, sicut consuetudine.
7. Ex prescripto Pij quinti omnes medici, cum eis facultas medendi conceditur, præstare tenentur Iuramen-

tam, monendi infirmos, ut confitentur. Dubium autem est; non ratione hoc iuramentum sit licetum, cum apertum sit licetum, & honestum esse; sed qualiter illo obligantur.

Pro quo supponendum est, Innocentium tertium in *c. cum infirmis, de peccatis & remissione*, distinet praecepere medicis corporum, ut eum eos ad infernos vocare contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducent; ut medicos aduocent animarum, ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum ad corporalis medicinas remedium falibutus procedatur. Quod decretum innouauit, & aggregauit. Plus quintus in quadam constitutione, que incipit. *Super gregem dominicam* edita anno domini 1566. die octava Maij Pontificaris sui anno primo ibi. Namque praecepit medicis ad infirmos in lecto iacentes *carceris*, ut eos aene omnia moneant de confessione facienda; neque tertio die eos visitent; quin eis coacteret per scriptum confessio[n]is confessio[n]em esse factam, & subdit Pontifex. De horum exacta obiectione iuramentum debet medicis praefari; cum facultas eis conceditur medendi. Violantibus vero hoc decretum, graues peccatas imponit, scilicet infamia & priuationis gradus doctoratus, vel licentiarum, quo infirmi fuerint; & in super ut multe; nece pecunia arbitrio ordinariorum, ultraspernas affligatas in *d. cap. cum infirmis*.

2. Praecipua difficultas huius legis est. Quia infirmitas esse debet, ad cuius curationem medici procedere non possunt; quia infirmum moneant de confessione facienda? Piores Doctores easent solum esse infirmitatem periculum vita inducent. Sic Navarr. c. 25. num. 61. Graffis 1. p. decies lib. 3. cap. 14. n. 7. Manel. 1. tom. sum. c. 246. fuit, quod periculum solum contingit, inquit Rosella verbo *medicus*, num. 3. & ibi Angelus num. 9. quando ratione eius teneat agri praecepto diuino non confessionis Mouentur. quia scelulo hoc graui periculo etiam medici timorati non admonet infirmum de confessione facienda; sapientia in febribus malignis vno vel alio die medicinas applicant; quia hanc monitionem premitant. Non igitur intelligi debet de infirmitate quacumque graui, & periculosa; sed de ea, quia proximum periculum affer.

Sed aduersus supradictam sententiam obstant verba *Textus in supradicto, cap. cum infirmis*, ibi. Præsent decteo statutus, & præcipimus, Iudeis his, quae dicit Pius quintus in sua confutacione, se nolle hoc tam salubre præceptum illa temporis præscriptione aboleri. Quæ denuntiavit nouum præceptum fieri, medicisque obligatos ad aliquid aliud ultra obligationem, quam habent ex iure diuino, qua nulla temporis præcipitione aboleri potest. Constatque ex ratione decidendi *cap. cum infirmis*, quæ est; ne cum infirmi admittentur, existimant, se iam esse in periculo, & afficiantur irritatio; ac proinde faciliter mortis periculum incurant. Supponit ergo Pontifex debete monitionem fieri, antequam in hoc periculum deveniant. Si igitur solum obligantur infirmos admonere; cum infirmi in periculum mortis proximum incidunt, & præcepto diuino confuseri tenentur; Sane quicunque est admittens, intelligenter in periculo proximo mortis esse; ac proinde in defensionem salutis incidere posset, quod Pontifex vitare intendit.

3. Propter hæc Sanchez lib. 3. in Decalog. c. 18. n. 7. Suarez 4. tom. in 3. p. disp. 35. sect. 3. num. 4. Affirmant sufficere infirmitatem, quæ ex se ictum petat etiam periculum proximum mortis non immineat. Idem sentit Caietanus sum. verbo *medicus*, ad finem. Fabiana verbo *medicina* quæst. 12. num. 1; Sylvester verbo *medicus*, quæst. 3. d. 3. Bonacina tom. 2. disp. 4. quæst. 1. de *Iuramento* p. 16. num. 10. Et in fine. Et mea quidem sententia est explicatio germana Textus, & fini Pontificalis conuenientissima: ac proinde retinenda. Adiutor tamen non esse opus, ut medicus per seipsum infirmum moneat; sufficienter satisfaci, si moneat per interposam personam.

4. Secundò additur in supradictis decretis. Ut hæc monitione ante omnia fiat. Quod qua ratione intelligatur, variant Doctores. Nam Officiensis, Ancharacta, Ioannes Andreas, & Abbas in dicto *cap. cum infirmis* & Sylvester verbo *medicus* q. 3. d. 2. Exiftimane monitionem non solum applicationi medicinatum premitendam esse, sed etiam conventioni de salario Praestando, subdataque Sylvester & Rosella medicis omittentes monitionem priuatas esse iure exigendi salarium, posseque ab illis repeti. Quia contra legem recipiunt, & tanquam contra legem receptum pro infecto haberet debere iuxta *legem non dubium, Cod. de legibus*. Ceterum haec sententia rigida est, nec videtur probanda. Nam de salario potest esse conuentio, antequam infirmitas mora sit, monitione autem ad confessionem necessariò debet subsequi infirmitatis notitiam. Non igitur conventioni salarii est necessariò præmitenda monitione. Deinde probandum non est, quod tradunt Rosella, & Sylvester. Nam est obligantur medici ante conventionem de salario, moneat infirmos, & monitionem omiscent; non obinde priuata sunt iure exigendi salarium; neque ab illis repeti potest tanquam male accepsum. Quia petatio salarii secundum se non est illis prohibita; ad summum est prohibita petatio salarii, & conuentio ante monitionem. At sic prohibi-

ta peti, si de facto petantur, restituenda non sunt. Neque obilitas *lex non dubium*. Nam intelligenda est de iis, quæ directe legi aduersantur; non de iis, quæ solum aduersantur in quadam circumstancia, ut in presenti. Petatio namque salarii non aduersatur legi, sed petatio ante monitionem; ac proinde petatio sustinenda est; tamecum monitio premisa non fuerit. Quapropter cum Pontifex dixit monitionem ante omnia præmittendam esse; existimo, id solum voluisse, ut ante omnem medicamentorum applicationem monitio præcedat. Sic Navarr. sum. 25. num. 61. Sanchez d. lib. 3. sum. cap. 16. num. 4.

5. Tertiò additum Pius quintus, ne elapsio terro die à monitione medici vident agrotum; quin eis confites per scriptum confessio[n]is, suffle confessum; nisi confessarius ex rationabili causa longius tempus concedendum iudicet. Quod decretum, ne videatur charitati contrarium quæ obligat etiam oblitinias facere, cum est periculum mortis; dicendum est, Pontifice solum velle, ne medici vident agrotum renuentem confitent in peccatum suæ oblitinias, quando non est probabile periculum, vel moriens, vel aggravanda infirmitatis ex desertio[n]e. Nam si hoc probabile periculum sit, credendum non est, Pontificem obligare voluisse medicos, ad sic deferendum infirmos, cum id contra charitatem esse videatur. Suarez d. tom. 4. in p. dispu. 35. sect. 3. num. 5. Sanchez lib. 3. in Decal. cap. 16. num. 1.

6. Hæc dicta sint spectato iuri rigore. At si consuetudinem spectemus; existimo in Hispania hoc decteum consuetudine derogatum esse. Videamus namque medicos timoratos visitare infirmos gravi morbo affectos, quin de confessione facienda mouent, quo usque periculum mortis vident immovere: neque exigunt testimonium in scriptis de confessione facta; neque peccatum illo decreto late imponuntur. Quocirca cum iuramentum facienda medici de sequendo decreto Pij quinto, intelligi debet, prout decteum vnu recepimus est. Sit Suarez & Sanchez supra.

§. V.

De Iuramento decutionum, scribarum, & aliorum iudicium.

S V M M A R I V M.

1. *Decutiones quod iuramentum emittant.*
2. *An obligantur peccata publica inquirere? Aliqui affirmant, probabilitus est oppositum.*
3. *Quid de obligatione fernandi secretum.*
4. *Quid de iuramento scribarum scriuandi taxam à Rego præscriptam.*
5. *Quid si taxam sit consuetudine derogata; verius est non obligari.*
6. *Iurans scriuare statutum alicuius collegij religiosi, & obligatur eo genere obligationis, quo obligant statuta.*
7. *Quid de iuramento aliorum iudicium.*

C Larum est, omnia hæc iuramenta licita, & obligatoria esse, & Republica conuenientia. Solum est dubium, quæliter iurantes illis teneantur.

1. Decutiones namque vulgo Regidores Iurandos iuramentum emittunt, tum seruandi secerum earum rerum, quæ in consistorio tractantur, tum prospiciendi bono communis Republicæ, & munus suum fideliter obeundi.

2. Quo iuramento facta censer Petrus Navarra lib. 3. de *stitutione cap. 3. dub. 3. num. 20. Manuel Rodriguez 2. tom. sum. cap. 28. num. unico 4. interrogat.* Supradictos decutiones obligatos esse sub mortali, inquisitione facere de peccatis publicis, verbi gratia. An fini publici concubinarij; an fini mensæ exposita ad ludum, mulierculæ mediariæ, maleficæ; ritæ; iurgia; odia; & alia similia; quæ temp publicam inficiunt; & facta inquisitione obligatos esse denunciare iudici, ut remedia adhibeant. Quod si in tali denunciatione, aut inquisitione notabiliter negligentes fuerint, affirmant supradicti Doctores, eos per iurum mortalis teos fore. Quia & ratione officij & iuramenti ad hæc mutera præstanda obstringuntur.

Ceterum Doctissimus Thomas Sanchez lib. 3. in Decalog. cap. 14. num. 16. Affirmat se consuleisse perfrimmos adlocutores Regiae Cancelleria Granaten. Ib que omnes vnamini confessu respondit, decutiones feri Rigidores ex proprio officio solum teneti propriece bono publico, & temporali. Republicæ, quale est, ut populus recte prouideatur, preia rerum venialium non sint excessiva, ne ministri publici iniuriam ciuibus faciant, neve graffentur latrones, sed via publice sint utata, & si forte alieni peccatis sit, ciuitas custodiatur, &c. Non tamen teneri ex suo particuli officio, neque ex iuramento alia peccata publica inquirere, & denunciare. Cui sententia ipse Sanchez libenter assentitur cum Aubedo in curia Pisana lib. 2. cap. 3. n. 1. Et mihi placet; ut quia præcepta non sunt multiplicata.